



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

89 Iram ratione superare ac frænare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

india, magis esse misericordia dignos, quam ira: propterea quod inuidus abunde dat poenarum, etiam si nemo ulciscatur. Horat.

Inuidus alterius rebus macrescit opimis.

3. *Alexander* dicebat inuidos esse proprii & corporis & animi tormenta. Curt. lib. 8. *At multi patientia & recte factis superandi sunt.*

Aude animo inuidiam contemnere, non nocet illi

Quem petit, auctori sed nocet illa suo.

Thucyd. lib. 2. hist. ait: Qui maximarum rerum gratia suscipit inuidiam, is recte sibi confulit: odium enim non diu durat; sed & praesens splendor, & gloria in posterum perpetuo celebranda relinquitur.

SIGNVM LXXXIX.

IRAM FRAENARE, ET COHIBERE, vincere, domare, ac ratione superare.

Iram fraenare.

IRA potest coerceri. Si illi nascenti resistatur: ut enim ignem exstinguit, qui materiam ei non suggerit; ita & praecauet, & arcet iram, qui eam initio non alit, neque sese inflat.

1. Si cogitetur, quod ira correpti mutent faciem, colore, incessum, vocem, ut irascenti alicui speculum offerretur rectius, quam nonnullis, quibus vbi lauerint offerri solet, quo deformitatem suam videret. *Vide de calumnia, Mansuetudine, & Aff. Tibas.*

3. Si lingua contineatur, ne iracundia quadam exasperata atque inquinata in dicta absurda erumpat,

Ll 3 pat,

pat, proferat iniurias, occultam malevolentiam prodar. Seneca 3. de Ira ait: Optimum est ad primum mali sensum mederi sibi, tum verbis, quæque suis minimum libertatis dare, & inhibere impetum.

4. Si perpendatur animi pusilli, abiecti, muliebris signum iram esse. Videmus enim quod mulieres magis iracundæ sint, quàm viri: & æger, quàm sani: & senes, quàm iuuenes: & qui rebus aduersis, quàm qui secundis vtuntur.

5. Si statuatur inefficacem esse illam vilescentiam, quæ ab ira dependet, vt quæ ferit morsum labiorum, & stultas habentia vitæ ledicta insumitur, ac ridiculè tandem vitro incidit.

6. Si attendatur, iram vbique esse damno non ei dandum esse locum inter iocos, quia iocositiam in odium mutat; neque in disputatione, quia studium cognoscendi in libidinem committendi vertit; neque in iudicio, quia potestatem solentiam addit; neque in institutione libertatis, quia animo moestitiam ingerit, odium disciplinæ gignit; neque in rebus secundis, quia modum auget; neque aduersis, quia misericordiam priuant, qui miserantibus infensi sunt, & cum illis litigant.

7. Si vitetur curiositas, quæ iræ solet præbere materiam. *Plut. de Ira cohib.*

8. Si consideretur, quod licet Chrysostronus dicat, in *Matth. Hom. 11.* ira iusta disciplina nutrit, vt contra patientia sine ratione vitia feruore negligentiæ nutrit, & licet difficile vitia possit iracundia, cum ante animus hac occupatur, quàm prouideri potest, ne occupetur. (*Chrysostr.*)

9. *epist. 1.*) tamen consultores pessimas esse cupidinem & iram, (*Sall. in Jug.*) cum furor iraque mentem præcipitent. (*1. Aeneid.*) Hinc malè vitæ necisque potestas & ferrum irato committitur. (*Seneca 1. de Ira c. 16.*)

9. Si perpendatur, comites eius esse crudelitatem, furorem, sauitiam: (*Seneca 1. de Ira c. 26.*) eamque facere, ut multa temere & inconsideratè fiant, nec seruetur mediocritas illa, quæ est inter nimium & parum. (*Thucyd. lib. 3.*) Cic. 1. de Offic. ait: Cum ira nihil rectè, nihil consideratè fieri potest. Ut enim fumus oculos mordicans, ea, quæ ante pedes sunt, videre non sinit: (*Stob. ser. 18.*) nanis ventis agitata submergitur, nisi gubernatoris industria rogatur: in tumultu non audimus quid nobis dicatur: (*Plut. de ira cohib.*) per nebulas corpora non bene conspiciuntur: (*idem*) ita irati qui sunt, prudenter nihil, inconsideratè & temere multa faciunt. Quamobrem rectè præcipiunt, qui Iudices & Magistratus ita volunt sententias dicere, ut iij, qui alijs medentur, pharmaca adhibent, interim non irascuntur ægroto: (*Seneca 1. de Ira, c. 16.*) aut ut leges, quæ ad puniendum non iracundia, sed æquitate ducuntur. (*Cic. de Offic.*)

10. Si expendatur verissima esse hæc dicta: Nihil quidquam magnum est, nisi quod simul & placidum: (*Seneca 1. de Ira.*) *κίνησις βραδέεια τὸ μέγαλοβύχου, motus tardus magnanimi viri:* (*Arist. 3. Eth. c. 8.*) Coniugia, si irascere agnita videntur, spreta exolescunt. (*Tac 4. Ann.*)

11. Sequendū illud Mecœnatis ad Augustū Cæsarem, apud Dionē lib. 52. Coniugia vlcisci nō debes. Turpe .n. fuerit te credere, inuentū, qui te, neminem

Vide de
Pennis.

nem lædentem, omnibus beneficientem, ignominia affecerit, idq; soli mali credunt Principes, quos ad fidem dictis habendâ conscientia mouet; deniq; iniquum est, ea velle agrè ferre, quæ si vera sint, præstat non admisisse; sin falsa, diffugiare. Quid quod multi hæc vindicantes, pluribus ac grauioribus de se sermonibus occasionem præbuerint? Hæc cohortatio tantum valuit apud Augustum, vt irasci postea nunquam penè vilius fuerit: namque conuicia semper despectit ac neglexit. *Haud facile dixerim, (inquit de ipso Tac. Ann.) moderatione magis, an verò sapientia. Ne spreta exolefcunt: si irascare, agni a videntur.*

Egregium *Aureliani Caesaris* erat Symbolum *Quo maior, eo placabilior.* Cui dicto factum esse optinè congruit. Cùm Thyana Bithyniæ vrbis oblecta, fortè per iracundiam dixisset, se necesse quidem in ea relicturum incolumem, eaque pace milites in spem prædæ erexisset, capta demum per deditiõnem ciuitate, Aurelianus nosster vrbis proditorem Heraclemonem occidi passus est. Aliquis omnibus parcens ciuibus, summa commo- datione bonitatis & clementiæ, ac deinde milibus ciuitatis direptionem flagitantibus: *Agri equi, canes negaui me relicturum, canes omnes occidite.*

Cotys Thracum Rex, quod esset ad iram efflu- uentior, & præcipuè immiris in seruorum delictis, cùm pretiosiora esset ab hospite donæ et ob- lata figlina celato opere, tornatiliq; ratione conspicua; sed tamen prætenuia fractioniq; iniuria peropportuna, offerenti quidem gratum se præbuit, ampliter illum muneribus afficiendo. Ce- terum mox vasa contriuit omnia, facti propterea ratione

prione reddita, quod vereretur, ne per iniuriam ministros peccantes ea in re, sequius amariufque concideret. Horat. 1. epist. *Ira furor brevis est,* &c.

Augustus Caesar cum apud Vedium Pollionem cenaret, eiusque feruorum vnus vas cryftallinum alliffet, iulfiteum Vedius muranis obijci, ut efca pifcium fieret. Caesar dimitti e vestigio poerum imperauit, & vasa eius operis conteri vniuerfa. Rectè Ouid 1. Amor. Eleg. 8.

Sed nunquam dederis spaciofum tempus in iram:

Sepe simultates ira morata facit.

SIGNVM XC.

CVRARE VT IVDICIA NON
interturbentur; sed sine metu
potentum liberè ex-
erceantur.

Iudicia
tueri.

1. *Cicero* vult, 1. de Offic. vt qui homini Magi-
stratu prædito maledixerit, grauiter mul-
tetur. Et rectè quidem, inquit Aristot. *Problem.*
sect. 29. Probl. 14. nam non solum in Magistratum
deliquisse, qui ei maledixerit, iudicatur; sed etiã
in Remp. contumeliosè egisse, maximè si in pu-
blico conuentu, & ob officium iniuria ei infera-
tur. Quemadmodum qui ex balneis furatus est,
aut ex foro, &c. morte mulctatur; qui autem ex
domo priuata, furti pretium duplum exfoluit:
ita atrocior iniuria est, quæ fit Magistratui, aut in
loco publico, vt in foro. (*Vlp. in l. Prator edixit, §.*

Ll 5 atro-